

1. Vinum omne interdixi, præsertim cænâ, in câque, si rarô casus, potius evitavi vina omnia acida et Gallica ac Rhenana; et si aliquando eyathum haurirem, tantum dulce admisi;

2º Parùm carnis assumo ad mensam;edo juscula, panatellas, pultes, olera, lacticinia, sed admedùm parcè carnes, præsertim duriores taurinas, sed quidem omninò pullos gallinaceos, gallo-pavones, etc.

3. Pinguia ex lardo, similiaque non facile admitto, at vero butyra omninò edo cum brodio.

Potus mihi est cervisia tenuis et interdùm mera-  
cior, modò ne minimùm acescens est.

Omni æstate, ut anteà dixi, per 24 dics edi baceas *Fragariae* cum parùm sacchari aut lacte recenti non coeto, et quidem de die quater, vix sub eo tempore alium eibum admittens. Sic voravi quotidiè ad minimum cantharum unum, vel alte-  
rum.

Hoc mihi primaria fuit medicina. Vidi cum stupore tartarum dentium ex hâc escâ solvi, den-  
tes depurari, corpus exsuscitari, colorem faciei redintegrari, et quasi omnes obstructiones in corpore solvi.

Fragrans odor baccarum nervos excitat. Aci-  
diusculus et aquosus succus diluit sanguinem,  
solvit tartarum; sed non uti reliqui fructus acido